Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1873
Quelle:
Copyright:

num et *Ludouicum Palatinum* pro parte *Caesaris*, et *Joh. Fridericum Saxonem*, *Philippum Hassum* aliosque Ordines foederatos, hoc titulo: *Religion Sachen zu Regenspurg* (ubi agi primum debuisset) *im 32. gehandltt: zwisschen dem Hertzogen von Sachsen Lantgraff von Hessen, mit sambt Ire mitverwanten, vnnd der Rom: kay: vnd kön. M*t. &c. Sunt Scripta amoebaea Partium numero XLVI. immixtis ad Caesarem Relationibus et hujus Responsis. Priora quaedam horum Scriptorum leguntur T. V. *Opp. Lutheri*, *Altenb.* p. 1016. Omnia vero serviunt ad illustranda ea, quae de prima hac Religionis compositione *Sleidanus*, *Seckendorfius*, *Hortlederus*, *Cochlaeus*, *Schilterus de Pace religiosa* &c. ad *h. a.* tradidere.

II. *fol.* 165. Excerpta quaedam ex Actis publicis in Comitiis *Augustanis* 1547. et 1548. publicationem Formulae *Interim* praecedentibus, inscripta: *Alle die Hanndlung der Religion vnd das Concilium betreffenndt*, *Anno 1548*. Consulendi de his Autores paullo ante nominati.

III. *fol.* 177. *Compendium Summarium Septem Viarum preparatoriarum ad veram ac stabilem concordiam in fide et religione per colloquium assequendam.* Ad oram legitur: *Fabri aut Nauseae est hoc Scriptum.* Sed falso; est enim συνοψις Opusculi ad Praesides Colloquii *Wormatiensis* autore *Joh. Cochlaeo* 1540. quod habes in *Melch. Goldasti Polit. Imperial.* p. 1211.

IV. *fol.* 181. *Directio. De Iustificatione, ecclesia et traditionibus humanis.* Etiam istud Opusculum magna moderatione a Theologo tamen Protestante, et fortasse *Mart. Bucero*, eo fine congestum videtur, ut in Colloquio vel *Wormatiensi* vel *Ratisbonensi* deliberationi Partium subserviret. Scriptoris haec est methodus, ut ad singulos Articulos, in quos *Tria* illa in titulo posita dispescit, Scripturae loca colligat, brevesque inde Adnotationes deducat. Praefationis Initium est: *Quod praecipio tibi, hoc tantum facito domino* &c. Libelli ipsius: *Status Judaeorum et circa vitam ciuilem et religionem* &c.

V. *fol.* 218. Censura *Agendorum* sive Liturgiae *Saxonicae* germanica sine autoris nomine. Incipit: *Primus Articulus agendae. Wie der Mensch vor got gerecht wierdt. Bei diesem Artickell Im A. signita. Zifra 2. spricht die Agenda also* &c. Crisin hanc exertam post publicatum *Interim*, ut pluries, ita statim ad *Art. 1.* argumento est illud: *Si autem volunt, quod in Justificatis concupiscentia proprie sit peccatum, male, und ist austrücklichen wider das Interim.*

CCCCLXXI.

Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 19. 4. nitidissime scriptus et olim *Ambrasia* adlatus 679